



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Perillustri Ac Generoso Domino D. Guillelmo A Bavaria, Baroni de Hollinghoven, Serenissimi Electoris Coloniensis, Episcopi & Principis Leodiensis, Supremo aulæ Præfecto, necnon Consiliario intimo, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

PERILLUSTRI  
A G GENEROSO  
DOMINO  
D. GUILLELMO  
A BAVARIA,

Baroni de Hollinghoven, Serenissimi E-  
lectoris Coloniensis, Episcopi & Principis.  
Leodiensis, Supremo aulæ Præfe-  
cto, necnon Consiliario in-  
timo, &c.

**V**M orbi prodit hoc Bonacina Compen-  
dium, meritò sub tuæ Amplitudinis pa-  
trocinio prodit (PERILLVSTRIS DO-  
MINE,) tuumque nomen in fronte prä-  
fert; cùm tu probitatem, industriam,  
ceterasque artes bonas, uno veluti compendio conti-  
neas; easque ita adæquet tui nominis ac famæ claritu-  
do, ut quæ potiorem sibi in animo tuo locum vindica-  
rint, judicare difficultimum sit: si enim in apertum  
manifesta virtutis tua testimonia proferant, clara diei  
lampada & lumen mutuabo Soli. id ne faciam contra  
naturæ equique leges pluribus supersedebo, nec omnia  
virtutum tuarum monumenta persequar. Verum ut  
multataceam, pro se ipsa loquitur tua illa prudentia,  
lumen ilustre magnæ mentis, quæ Belgii Germaniæque  
finibus arctari non potuit, sed in Vrbe orbis principe  
Romana (ignosce Perillustris Domine, numquam po-  
test

test non esse virtuti locus) VRBANO VIII. Pontifici Maximo saepius affuit, qui te in dignitate constitutum, & aula & arcanorum consortem esse voluit. Nec tacere possum, PHILIPPVM IV. Hispaniarum Regem te sibi à gerendis rebus satis superque notum Equitum Calatravæ jussisse. Denique & Sereniss. FERDINANDVM Eavarum, Electorem Colonensem, Episcopum & Principem nostrum clementissimum, longè certissimum integritatis ac eximiætua mentis testem dedisse, cum te supremum aulae suæ Præfectum constituit, & secretis consiliis adhibuit; unde & multorum decus te gratificari, & innumera in dies in Reipublicam manare commoda, clarius est, quam ut verbis exprimatur.

His titulis evocatus in lucem Solemque prodit iste liber, & in aula principe tuos oculos, manus, favores expectat; hoc uno tantum tutus & liber, si tuis teratur manibus, usurpetur oculis, favore teneatur: & verò favorem spondet tua illa comitas & humanitas, quæ suos & externos omnes ita sibi devincit, ut nescias quod ames, aut mireris magis, an in viro Principe dignitatem, an in optimo honorum omnium Mæcenate humanitatem. Vtraque amo & veneror. VALE.

Per illustris ac Generosæ  
Dominationis tuæ

Humillimus cliens & servus

ANTONIUS GOFFAR.